Quelle:
Copyright:

" tinentibus ad crucis predicacionem contra
" Saracenos." De eodem agit Quetif Scrip. O.P.
T. I. p. 146.

2. Fol. 49b – 57b.

Urbani II Pp. Sermo habitus in Conc. Claremontano.

Urbani Pp. II. Sermo in concilio Claremontano, 1095 celebrato, habitus ad crucem contra Saracenos sumendam. Rubrica notatur hac: "Sermo Urbani pape in concilio Claremotensi ad succurrendam terre sancte quando primo incepit cruvis assumpcio secundum quod narrat Balterus Archiepiscopus Dolensis in historia quam scripsit de Antiochie et Jerusalem." Sermo ipse incipit: "Audivimus fratres dilectissimi et audivistis quod sine profundis singultibus retractare nequaquam possumus." Extat hic Sermo apud Harduin. Concil. Act. T. VI col. 1725, quem inter Schedas Vaticanae Biblioth. se reperisse fatetur.

3. Fol. 57b – 89a.

Tractat. de passione Domini.

Tractatus de passione Domini. Inscriptio est: "Incipit titulus de passione Xti"; initium autem: "Titulus de passione Xti et notandum quod sumum attractivum pietatis activumque caritatis allicitivum divine bonitatis est passio Salvatoris. In fine nihil preter annum 1488.